

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Sententiae generales de opusculis Hieronymi etc. - Cod.  
Aug. perg. 177**

**Hieronymus, Sophronius Eusebius**

**[S.l.], [9.-10. Jh.]**

Vidualis vel monachalis

[urn:nbn:de:bsz:31-12948](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-12948)

ris occulti securus animumor; qui & iā benedicti simulatus: frequenter erū  
 pit in publicum. & conseruos quasi seruos despicit. Non ambulat iuxta ca  
 lamistratus procurator. non histrio factus in feminā. non cantoris diaboli  
 uenenata dulcedo. non iuuenis uulsus & nitidus; nihil artium scenicarū.  
 nihil tibi in obsequium molle iungat. Habeslo tecum uidiuarū & uirginū  
 choros. habeslo tuisexus solatium; ex ancillarū morib: saepe domine iu  
 dicantur. Semp in manib: tuis diuina sit lectio. & tam crebre orationes.  
 ut omnes cogitationū sagittae quibus adulescentia percussa solat. hu  
 ius cernodi clipeo repellantur.

UID

R

no

UID

**UIDUALIS VEL MONACHALIS**

**P**ulchrum est illud architae tarentini ad uilicium negligentē. lam te  
 inquit uerberibus enecas sem. nisi inuictus es sem? Inueni uiri iustitiam  
 di non oportet. Quod de una perturbatione dictum est. ueseremus ad celere.  
 sicut in seci hominis est. & in rem non proficere xpiani. sic omnis caro conu  
 piscit quidem ea quae carnis sunt. & quibusdam in lecebris ad mortiferas  
 animantū uoluptates trahit. sed in rem est uoluptatis ardorem maiore  
 xpiani amore restinguere. & lasciuens iumentum frenis in aedias subiuga  
 re; ut non libidine sed cibos desideret. & se sorem spm sem. moderato atq;  
 composito portet in cersu. Cursum in sta pedib: ut hominē eē. ueris. &  
 passionib: humanis nisi carueris subiacere. De eodem cuncta facti sumus  
 luto. isdem compacti exordis; & in serico & pannis. eadem libido domi  
 natur; nec regum purpuras timet. nec mendicantium spernit squalorem.

LXXXI.



Multoq; melius est stomachū tedolere. quam mentem; impere re corpori.  
quam seruire. gressū uacillare. quam pudicitia p̄dere. Nec statim nobis  
paenitentiae subsidia blandiant. quae sunt infelicium remedia. Cauendum  
est uulnus. quod duxerit cunctur. Aliud est in tegre naue & saluis merci  
bus portum salutis intrare. Aliud nudum herere tabulae & crebris fluc  
tuum recursibus ad aspensu saxa concludi. O uirgo xp̄i uolo tibi uenire  
supbiam sed timorem. Onusta in cedis auro. Latro uitandus est; Magnis  
inimicorum circumdamur agminibus. hostib; plena sunt omnia. caro  
fragilis & cinis futurus post modicum. pugnat solacium pluribus.  
Quamdiu hoc fragili corpusculo continemur. quamdiu habemus thes  
aurum istū in uasis fictilib; & concupiscit sp̄s aduersus carnem & caro  
aduersus sp̄m. nulla est certa uictoria. Raro sit uirginis egressus  
in publicum. numquam ei causa deerit procedendi. si semp̄ quando ne  
cesse fuerit procedat; sic eius moderetur cibus. & numquam uenter  
explatur; Plurimae enī sunt quaecum uino sint sobriae. ciborū lar  
gitate sunt ebriae; Omne peccatum actio est. Actio autem omnis  
uoluntaria est. tam honesta quam turpis. Ergo uoluntarium est  
omne peccatum; Tollite excusationes. nemo peccat inuitus. Duo genere  
sunt peccatorum. Alterum quod ex proposito. Alterum quod ex negle  
gentia pendit; alterum palam uoluntarium est quia destinauimus fa  
cere. Alterum aequē uoluntarium est. in quod pro lapsi sumus; Ut utq;  
temptabo discernere. Ex proposito illud peccatum est. de quo faciendo

VIRG

VIRG

VIRG

VIRG

33  
cogitamus. in quo ne quis intendit. quod instruxit. de quo apud se diuegit.  
quomodo faceret. Aut negligentia uenit. ubi aliquis non quidem pecca  
re proposuit. sed illud nimia sub oportunitate incidit. quam uis enumerare  
renouerit. sic tamen se egit. ut possit multa facere quaenolit. hoc autē  
uoluntarium tantū in se dedisse iuris errorem. Sunt etiam quorum  
corpus innocuum est. & in mille facinorū formas. mens otiosa discurret.  
Pleriq; malu. non innocentia cessant. hi enī timidi. non innocentes sunt.  
Difficile quis ad bonum. nisi ex malo transseat. Si adhuc malus es. & si  
milibus parce. si eē desistis. quare alius locum emendationis abscidas.  
quem tibi non abscedit alius. Ad sententia uitium fuit aliquando. nunc  
mos est. Utrum non dicamus. nec audiamus. nihil inter est utrum en  
dium aut cibos interdicas. an domos diuitum. Quare unomodo hoc  
promerenda est. Cum in clientela felicitis hominis potentisq; puenieris.  
aut ueritas pdenda est aut amicus. Quosdam offendere est nosse.  
hanc dic uttae tuae legem. ut nihil intersit iure ueris andixeris pol  
licita. p pacta sunt ei quinullū grauius uinculum quam fidem iudi  
cat. Multorū nunc odia sub uultu. multorū sub oscula latent. in oc  
casionē dilatae sunt. proferent se non sic cideris. sed si tubaueris.  
Quidam quosdam occidit inimicos. non quia habebat sed quia mere  
bat. Et haec plerisq; fuit nocendi causa. Nocuisse inimicum est. quia  
oderis ledere. quanto iniquius odisse quia leseris. Magnarū uiriū  
est negligere ledentem. iniuriam qui uindicat. sentit. Humanus

melus. non familiaris sed cautioris est diligens ut peccatū est. Non quid  
habearis dum te turba deridet. Si uis beatus eē cogita hoc primū contem  
nere contemni? prius quam pmittas deliberes. cum pmiseris facias. An  
te negare fuis & postea fallere est. Facilius se homines repelli. quam  
decipi ferunt. Eo age ne quis merito tuo te derit. & tamen semperunt  
qui derint. Nam & si nullus inimicus tibi faciat iniuriā. multos fa  
ciat inuidia. Quaecumq; momento conferatur restaurare uiuis potes.  
dare mortuis non potes. Simultis placuerit utatua. tibi placere  
non potest. Solitudinem querit qui uult cum innocentib; uiuere. Ex  
tra causā multum amico dabis. multum causae etiā contra amicum?  
hic omnium poster que dī magnum constat colentibus. nulla obseruan  
tia opus est. nulloq; famulatu. Te cole. illum colueris. Eo religiosi  
or eris quo melior. Non refert itaq; quam plenas quisq; dō. sed quā  
pures manus ammoueat. Optimus ergo animus. pulcherimus dī cul  
tus est. Abstinebis patrimonio. abstinebis alieno sanguine. abstine  
bis alieno matrimonio. prestabis parentib; pietatem. cognatis indul  
gentiā. amicis fidem. omnib; aequitatem; deuitabis crudelitatem.  
& ministrum crudelitatis iram. Non uiues aliter in solitudine.  
Aliter in foro? semp putabis conscientiam in contione uersari; nihil  
petas. quod negaturus fuisti. nihil negabis. quod petiturus. Pacem  
cum hominib; habebis. bellum cum uitis. Haec habet omnis affec  
tus ut quod ipse insant. in id etiam ceteros putet furere. Maximū

34  
in eo uitium quoniam non melioribus uult placere. sed pluribus. Vis esse  
omnibus notus. prius effice ut neminem noueris. Concupiscis honorem.  
imperium dabo maximum. Imperare tibi bonum est non laudari. sed  
eē laudabilem. <sup>Morieris. accōnditione ueritas.</sup> Morieris. hominis ista natura non poena est. <sup>ut exirem;</sup> Mori  
eris. peregrinatio est uita ista. Cum multū diuq; ambulaueris.  
redeundum est. Morieris. stultum est timere quod uitare non possis.  
istam non defugit. etiam qui distulit. Morieris. nihil graue est qd  
semel. Male de te opinantur homines. sed mali. Malis enī displicere.  
laudari est. Male de te loquuntur. si merito quod non loquuntur molestū  
est. sed quod non mentantur. Si in merito innocentiae meae nunc ma  
xime gaudeo. Apparet enim illos obiecturos uere si possint. Non eris  
in patria. Patria est. ubi cumq; bene est. Illud autem p quod bene est.  
in homine non in loco est. Non potest homo par dolori eē. Nec rationi  
dolor. Durus res est dolor. In tot malis pauci bene loqui nesciunt.  
faciunt quod solent. Male de te loquuntur. dolorem ferre potuerunt.  
sumus ex paucis non inbecilli. sed in exercitati sumus. Nihil magnū  
est in rebus humanis. nisi animus magna despiciens. Omnes habemus  
uita quae arguimus. nec quisquam illa effugit. nisi qui uirtutes in  
expulsoꝝ locum reposuit. Alioquin nullum uitium exit nisi ad tem  
pus. et magis sub sedit quam expellatur a nobis. Non solum nob  
emendati eē uideamur. sed etiam fuisse. Nemo sibi fateatur. se non ali  
quando peccasse. Alienorū delictorū acerrimi iudices. oculos ad nostrae

conprimimus. Et illa interdum non contenta excusare laudamus. ac pro  
uirtutibus uicia iactamus. Quis non luxuriosus liberalem se esse dixit.  
quis temerarius non inter fortes aspici uoluit. Timidus cautum se uocat.  
sordidus parcum. Anxius diligentem. Acerbitas seueritatem sibi inseri  
bit. segnes inerti que tranquillitatem. Sic fit ut nemo quidem emendari  
uelit. dum ipsis gloriantur ex quibus peccant. Tutissima res est non time  
re; Maiorem enim rem uidet laboris sui quam omnium bono bonus est.  
Sic oportet tempore quisquis incipit malus esse. qui potest bonus fieri. Ubicum  
que inueneris timorem. inuenies & iniquitatem. Non facile iustitiam  
seruare meluenti. Et ducatio & disciplina mores facit. & id uult quis  
que quod didicit. Itaque bona consuetudo excutere debet. quod mala in  
struxit. Nihil prodest didicisse facienda si cesses. cum uita actu appro  
banda sit. Exemplum enim uita dicam sine uoce. preceptum est. Animi  
remedia precepta sunt. quae non didicisse tantum prodest. sed & docere.  
Facit professio ipsa meliorem. & dum consuetudo ac disciplina confirmat  
uoluntatem. multum prodest honeste rei titulus. Bene loquere. bene  
facies. Multum est publicare honestam uoluntatem. Incipit enim uelle  
quod loquebat. antequam uelle. quia locutus est uelle bonus. dum fieri  
credit. Nihil interest quo animo facias quod fecisse otiosum est. quia facta  
cernunt. Animus non uidetur. Qui succurrere perituro potest. si non  
succurrere occidit. Optandum est ut hi qui praesunt legum similes sint.  
quae ad puniendum non iracundiae. sed aequitate ducunt. Semp in fide quid

senseris. non quid dixeris cogitandum est. Scientia quae est remota iusti-  
 tia calliditas potius quam sapientia est appellanda. Nulla enim laus  
 est non facere. quod facere possis. Sunt qui in tribus contemneris pariter  
 sibi constant. uoluptatem seueris sibi contempnant. in doloribus in-  
 mici oris gloriam neglegant. frenant infamia. Quid est homini  
 inimicissimum. uel homo. Quae sunt maxime diuitiae. uel non desiderare  
 re diuitias. Quis plurimum habet. uel is qui minimum cupit; Pecuniae  
 impetari oportet. non seruire. Nullum maius conscientium peccatorum  
 timueris. quam te ipsum. Alium enim potes aliquando effugere. te  
 nunquam. Quid est dare beneficium. uel dominum imitare. libenter ferres.  
 quod necesse est. Dolor. patientia uincit. Quis est pauper. uel quis sibi  
 uidetur. Qui a multis timetur. multos timet. Numquam multis pla-  
 ceas. sed qualibus stude. Nequitia ipsa. poena est sui. Mala conscientia  
 saepe tuta est. Numquam securae. Libidinis intia continebis. si exitus  
 cogitaueris. Beneficium accepti. numquam oportet obliuisci. Data. pro-  
 tinus. Honestius est cum iudicaueris amare. quam cum amaueris iu-  
 dicare. Dissensio ab alio incipiat. a te reconciliatio. Imago animi  
 sermo est. talis est uita. qualis oratio. **EXPLICIT FELICITER.**

**INCIPIUNT SENTENTIAE SCILICET AUGUSTINI EPISCOPI**

**M**agnare uocis. silentii temperamentum. In hoc tamen incumbe.  
 ut libentius audias. quam loquaris. Qui aequo animo malis  
 miscetur. malus est. Neminem cito accusaueris. neminem cito lauda-

De silentio  
 p. cl. h. re. sententiae  
 in aug. de uisib.  
 et inuicib.